

III. ORION, $\omega\epsilon\iota\omega\nu$, dicitur vel quasi $\delta\epsilon\iota\omega\nu$, *Urion*, quia natus ex urina Υ , Neptuni & Φ . (forte quod pluvias & ventos efficit) vel quod olim 4. anni tempora distinxit, quæ Græcis $\omega\epsilon\gamma\iota$: Ejus enim occasus heliacus, Ver; ortus heliacus æstatem; Occasus cosmicus hiemem incepit. Arab. Algebar, plen. Algebaro, heros, ejus cognomen, & Afugia, & Asschagio, audax, furibundus. Aliàs etiam Ragulon, quod virum seu totum Orionem significat. Hic enim duabus supremis stellis binosq; humeros, tribus mediis q. cingulum, infimis pedes alicujus viri exprimit. *Maximum est & clarissimum sidus ex australibus: continet præter stellas insigniores, particulares aliquot asterismos.* 1. Tres parvulæ in capite Arab. dicuntur Geuze vel Algauza, nux, quia instar nucum in ludo puerili, vel Hebraici puncti Sægolta disponuntur: Latinis inde juglans vel jugula stella. 2. In manu dextra Clava, quæ inter Υ Cornua & Π pedes Eclipticam transit. 3. In sinistra scutum seu clypeus aliis pannus, corium bovis aut exuvia Ω . 4. Humerus uterq; denat. σ Φ , quorum lucidus & sequens dexter, colore martio & ruffo, alter præcedens sinister, *Bellator* seu *Bellatrix*. 5. Tres stellæ in medio quasi Orione, in recta lineâ æqualiter à se invicem (minut. 81.) distantes referunt *baltbeum* seu *Cingulum*, natur. η Υ , quod vulgò *Baculus Jacobi*, *der Jacobs Stab* dicitur, forte à *variiegatis Patriarchæ virgis*. Gen. 30. v. 37. Unde & *instrumentum geodeticum ita dictum videtur.* 6. A cingulo 3, aliæ, sed minores stellæ deflectunt, quæ gladium seu ensen referunt. 7. Pes uterque, quorum dexter aliis genu Lepori innixum, sinister autem & lucidus, *Regel*, *Rigel* seu *Riglon*, cum Eridano est communis. Nat. η Υ . *Barthasio* est *Josua* devincens *Amoræos* & *Cananæos* &c. Jos. 11. quos populos adjectus *Canis* & *Lepus* repræsentet: *Aluis Ismaël*. Gen. 21. 20. Quibusdam enim est *Venator*: aliis *Gigas*: Rusticis *Aratrum*.

IV. LEPUS, $\lambda\alpha\gamma\omega\delta\varsigma$ vel $\lambda\alpha\gamma\omega\varsigma$, *Elarneb* seu *Alarnebo*: Orionis subjacet. Venter ejus η Φ . Mihi sit una ex 300. vulpibus *Simsonis*, Judic. 15. v. 4. & 5.